1409. 11 marzo Milano
Chiesa di S. Eufemia
Privilegi

27

Dux Mediolani etc. Huiusmodi tenoris recepimus supplicationem videlicet: Illustri dominationi vestre. Supplicat vester fidelissimus ad dominum exorator presbiter Facius de Castoldis beneficialis
et rector ecclesie sancte Eufomie porte Romane Mediolani. Quod cum ipse de bonis a deo sibi collatis cupiat ordinare quod singulo anno post decessum eius fiat annuale unum et alia pietatis opera
in sui et suorum remedio peccatorum pro quorum onere anno quolibet substinendo intendit ipse supplicans unam proprietatem imobilem per eum acquirendam deputare in qua expendat usque ad
quantitatem florenorum ducentorum auri vel circa et huiusmodi occasione dicto supplicanti immineat gravamen et obstaculum de quibusdam provisionibus decretis statutis et cridis prefate dominationis
vestre et Communis Mediolani prohibentibus alienationem rerum imobilium fieri in non suppositos iurisdictioni ipsius Communis et potestatis Mediolani nisi solvantur soldi decem pro qualibet libra
vere extimationis rei quod in tales non subditos fieri contingit et nonnullis aliis penis realibus et personalibus adiectis in eis provisionibus decretis statutis et cridis ea fraudantes et contra
ipsa facientes et contra notarios de alienationibus huiusmodi rerum imobilium instrumenta conficiendi et participantes in eis. Dignemini tam pro opere vestre mansuetudinis benignum
attribuentes assensum eidem supplicanti emendi et alias quolibet titulo acquirendi huiusmodi rem imobilem ad opus predictum deputandum et cuilibet ipsam rem imobilem in dictum
supplicantem vendendi et alienandi ac transferendi et cuilibet notario instrumentum et instrumenta de venditione et alienatione ac translatione huiusmodi et quibuslibet participandi
in eis libere et impune et sine aliqua pecunie solutione de vestre plenitudine potestatis liberam [illegible]entiam elargiri non obstantibus provisionibus decretis statutis et cridis huiusmodi
nec etiam aliquibus aliis ordinibus in contrarium facientibus et etiam si de ipsis fieri [illegible]tialis. Et considerato quod premissa tendunt ad pias causas volentes
dicto supplicanti de speciali gratia complacere. Tenore presentium ex certa scientia concedimus decernimus et dispensamus quod supplicans idem a quocumque supposito iurisdictioni
potestatis ac Communis nostre Civitatis Mediolani emere et acquirere possit ubi requirit quecumque bona imobilia valoris usque ad quantitatem florenorum ducentorum auri vel circa
deputanda ad opus de quo et prout facit ipsa supplicatio mentionem et quilibet suppositus dicte iurisdictioni potestatis et Communis nostri Mediolani ea bona sibi vendere et alie
nare ac in eum transferre possit ac quilibet ydoneus notarius de huiusmodi bonorum venditione et translatione possit oportuna instrumenta conficere ac notarii et testes eorum
confectioni interesse possint prout extiterit oportunum. Et hec omnia et singula tute et impune et sine aliqua solutione pecunie, de aliquibus decretis statutis provisionibus et ordina
mentis in contrarium disponentibus nequaquam obstantibus. Quibus in quantum premissis obstent derogamus ex certa scientia et de nostre potestatis plenitudine per presentes et derogatum
fore volumus et iubemus. In quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die undecima Marcii
millesimoquadringentesimonono secunda Indictione.

Robertus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 6 (27)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796900478-18/fragment/page=0001
DFG

11. März 1409
6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796900478-18/fragment/page=0002

XXVII

27

1409. 11 marzo Milano

Chiesa di S. Eufemia

Privilegi

Dux Mediolani &c. Huiusmodi tenoris recepimus supplicationem vz. Illustri dominationi vestre. Supplicat vester fidelissimus ad dominum exorator presbyter Facius de Castoldis beneficialis
et rector ecclesie sancte Eufemie porte Romane Mediolani. Quod cum ipse de bonis a deo sibi collatis cupiat ordinare quod singulo anno post decessum eius fiat annuale unum et alia pietatis opera
in sui et suorum remedio peccatorum pro quorum onere anno quolibet substinendo intendit ipse supplicans unam proprietatem imobilem per eum acquirendam deputare in qua expendat usque ad
quantitatem florenorum ducentorum auri vel circa et huiusmodi occasione dicto supplicanti immineat gravamen et obstaculum de quibusdam provisionibus decretis statutis et ordinibus prefate dominationis
vestre et Communis Mediolani prohibentibus alienationem rerum imobilium fieri in non suppositos jurisdictioni ipsius Communis et potestatis Mediolani nisi solvantur soldi decem pro qualibet libra
vere extimationis rei quando in tales non subditos fieri contingit et nonnullis aliis penis realibus et personalibus adiectis in eis provisionibus decretis statutis et ordinibus ea fraudantes et contra
ipsa facientes et contra notarios de alienationibus huiusmodi rerum imobilium instrumenta conficiendi et participantes in eis. Dignemini tam pro opere vestre mansuetudinis benignum
attribuentes assensum eidem supplicanti emendi et alias quolibet titulo acquirendi huiusmodi rem imobilem ad onus predictum deputandum et cuilibet ipsam rem imobilem in dictum
supplicantem vendendi et alienandi ac transferendi et cuilibet notario instrumentum et instrumenta de venditione et alienatione ac translatione huiusmodi et quibuslibet participandi
in eis libere et impune et sine aliqua pecunie solutione de vestre plenitudine potestatis liberam [illegible]entiam elargiri non obstantibus provisionibus decretis statutis et ordinibus huiusmodi
nec etiam aliquibus aliis ordinibus in contrarium facientibus et etiam si de ipsis fieri[illegible]cialis. Et considerato quod premissa tendunt ad pias causas volentes
dicto supplicanti de speciali gracia complacere. Tenore presentium ex certa scientia concedimus decernimus et dispensamus quod supplicans idem a quocumque supposito jurisdictioni
potestatis ac Communis nostre Civitatis Mediolani emere et acquirere possit uti requirit quecumque bona imobilia valoris usque ad quantitatem florenorum ducentorum auri vel circa
deputanda ad onus de quo et prout facit ipsa supplicatio mentionem, et quilibet suppositus dicte jurisdictioni potestatis et Communis nostri Mediolani ea bona sibi vendere et alie-
nare ac in eum transferre possit, ac quilibet ydoneus notarius de huiusmodi bonorum venditione et translatione possit oportuna instrumenta conficere, ac notarii et testes cor-
confectioni interesse possint prout extiterit oportunum. Et hec omnia et singula tute et impune et sine aliqua solutione pecunie, De aliquibus decretis statutis provisionibus et ordina-
mentis in contrarium disponentibus nequaquam obstantibus. Quibus in quantum premissis obsistent derogamus ex certa scientia et de nostre potestatis plenitudine per presentes et derogatum
fore volumus et iubemus. In quorum testimonium presentes fieri et registrari iussimus nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die undecima Marcij
millesimoquadringentesimonono secunda indictione.

Robertus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (27)

XXVII

1409

11 Marzo

Milano

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796900478-18/fragment/page=0003

DFG